

referentem esaiam. Anno quo mortuus est rex ozias. uidi dnm sedentem super
solium excelsum & eleuatum, ex quo intellegimus & uisionem sedentis dni. & ea
quae precipiuntur prophetae usque ad eum locum ubi scriptum est. sicut te
ribintus & sicut quercus quae expandit ramos suos. semen scm erit germen eius
sub ioatham regem prophetatum; Tercius succedit achaz filius ioatham filii
oziae regis iuda sub quo ascendit rasin rex syriae. & facee filius romeliae
rex israhel in hierusalem ad proeliandum contra eam. & reliqua quae scriptura
commemorat. Igitur sub achaz usque ad presentem locum quem nunc exponere
nitimur. omnia quae in medio posita sunt uaticinata cognoscimus. Quo mor
tuo quartus id est ultimus succedit ezechias sub quo omnes usque ad finem texitur
II. ONYS PHILISTIM. liber. Ne laeteris phylistea omnis tu. quoniam comminuta est uirga percussoris tui.
De radice enim colubri egredietur regulus. & semen eius absorbens uolucrem.
Naturale est quod dicimus, mortuo regem aduersarum gentium semper laetantur
inimici ex rebus nouis bella ciuilia & seditiones ac regnandi imperitum presto
lantes. quia ambulauerant in uis regum israhel & cognationes eius fuerat
copulatio. Intellegimus philisteos e uicino fuisse laetatos & insultasse regi
israhel. quod maturo regi mortuo perdito ezechiae iuuenis subiacerent.
phylisteos autem ut supradiximus palestinos significat quos alienigenas
uulgata scribit editio. Cum hoc non unius gentis sed omnium externarum
gentium uocabulum sit. Ne inquit laeteris o philistea ne insultes populo meo
quod percussoris tui achaz uirga confracta sit. quod baculus quite ferire
solitus erat uideatur morte contritus quod coluber interfectus; pro hoc enim
nocentior nascitur ezechias regulus. quem greci uocant basiliscum. quite suo
aspectu interficiat & spu oris occidat. quomodo enim nulla auis reguli
aspectu potest in lesa transire. sed quam procul fuerit eius ore sorbetur
ita & tu a conspectu regis ezechiae totus peribis, & pulchre seruauit. META
PHOPAN; quia enim serpentem & regulum nominarat. ore eius & spu dicit
deuorare. Quod autem nullus regum iuda sic percusserit phylistim quomo
do eos depopulatus est ezechias. Audi regum librum ipse percussit phylistim
usque ad gazam. & usque ad terminos eius. ad turre custodum usque ad urbes
munitas. Pro eo autem quod nos transtulimus absorbens uolucrem. & in he
braico scriptum est. SARAPHMOPHET. & interpretari potest serpens
uolans ut sit sensus. De radice colubri nascetur regulus. & fructus illius
id est reguli serpens uolans ut draconem uolantem intellegas. Et pascen
tur primogenita pauperum. & pauperes fiducialiter requiescent.
Totum per figuras loquitur. Est autem sensus quod populo dni fiduci
aliter requiescente ~~totum per figuras loquitur~~ sic erda tur radix
philistiim & omnes reliquiae consumantur. Ulula porta clama ciuitas
prostrata est philistea omnis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc455/0126